



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Hußita cuiusda[m] in cum versus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

ſæuiſſima quietem ſuaderet, vrgebat tamen caritas Chriſti vt nuſquam niſi in Cruce quietem vellet. Ergo eo perfunctus opere, cuius maxime gratia venerat, aliisq; raptim compoſitis rebus, eiufdem exitu menſis cum literis Regis Pragam diſceſſit, Collegio quod propediem expectabatur, quæ reſtabant neceſſaria paraturus. Multum de nouo difficultatum primordia vt illa adornaret, atq; moleſtiſſimi tædij exorbuit: additamentum laborum, quos multiplex Catholicæ cauſæ procuratio, & ad ciues aſſidua, frequens ad Archiducem Ferdinandum dictio cumulabant. Apud hunc etiam latinè feria quinta hebdomadæ ſanctæ iuſſus differere, ſe ipſo præſtantior viſus eſt. Non poterant non dolere ſucceſſu Huſſitarum feruidiores: quorum è numero fuit, qui & argutulus vellet videri vulgato verſiculo, Hinc procul eſto canis, pro nobis excubat anſer. Ad veterem enim alludens de Capitolio Romano, cum dormirēt Canes, excubiis anſerum liberato, famam, quia Hus Patriarchæ ipſorum cognomētum anſerem ſignificat, eo contentus, abeſſe Canem volebat. Nec animaduertit verſificator, quanto faciliorem non ludēdi, ſed vere canendi materiam

*Tum Pragā.**Huſſite cuiuſdam in eum verſus.*

præbebat Catholicis, cum sit anser stridulo clare  
 gore ingratus, spurcitia infamis, qui appetere præ-  
 ra dicatur loca, sed nullum vbi fuerit, purum  
 linquere: contra verò tot nominibus commende-  
 detur Canis fidelitas, & custodia: idemq; sancto-  
 rum virorum Bernardi, atq; Dominici claritatem  
 in verbi diuini prædicatione, & Christiani  
 gregis tutela diuinitus præmonstrarit. Nam san-  
 cto gregi Agnorum, & Ouium, anserum ne,  
 Canis excubiæ conueniunt? Quid igitur negotium  
 erat operoso hexametro senarium pedestrè sub-  
 scribere. At, qui Canem odere, haud oues sunt, sed  
 lupi. Non pauci quoq; anserino de grege, qui vo-  
 lebant doctiores, & sagaciores haberi, aiebāt Ca-  
 nisium, ac ceteros Iesuitas vere esse homines do-  
 ctos, sed per nimium studium erga Papam, quan-  
 nosse veritatem premere, ac nolle populo eu-  
 gare. Canisium vero nominatim, quanquam  
 subinde nonnulli è fece plebis petulanter ince-  
 ferent, vt aliquando etiam sacrificans per templi  
 fenestras lapidibus petitus sit, tamen & Hussitas  
 vulgo, & Iudæi amabant, & mirabantur. Tanta  
 in singulari illa scientia morum lenitas, & mode-  
 stia emicabat. Catholicorum autem erant non  
 pauci

*Est tamen  
 plerisque e-  
 riam Aduer-  
 sariorū mo-  
 destia ama-  
 bilis.*